



Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmvla Caietani

Cajetan, Thomas

Antverpiae, 1575

Mens humana debet ab inquietudine vasare: ne solicitudine nimia labatur
in peccatum rationem omittens.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41716

356 **Inquietudo.**

docunque non ex intentione inobedienti, sed alia intentione contra præcepta Dei vel superiorum homo facit. Et tunc inobedientia non est speciale peccatum, sed concurrit generaliter cum omni peccato, in quantum in eo est inobedientia Dei: & similiter inobedientia præceptorum, iuris vel Prælati tanquam generale peccatum omnium transgressionum iuris vel mandatorum à Prælato inuenitur: quando subditus non ideo transgreditur ut non obediatur. Et propterea de hujusmodi inobedientia materialiter, iudicandum est secundum grauitatem peccati cum quo concurrit: nam si concurrit cum peccato alias mortali, est mortalis: & si cum peccato alias veniali, est venialis. Et hinc sit, ut si superioris præceptum obligans ad mortale subditus transgreditur non eo animo ut non obediatur, sed ex alia voluntate, peccat mortaliter: quia materialis inobedientia concurrit cum peccato alias mortali, hoc est ex vitalis præcepti constituto inter peccata mortalia.

Mens humana debet ab inquietudine vacare: ne solicitudine nimia labatur in peccatum rationem omittens.

Inquietudo mentis peccatum sonat commune multis materialibus prout aliqui inquietent mentem circa negotia secularia, ex auctoritate affectu: alii circa ea quæ sunt Veneris, alii circa ea quæ sunt gulæ, alii circa ea quæ sunt vindictæ &c. Vnde potest esse peccatum mortale, quando ex mortaliter malo animo est deliberatè. Et potest esse veniale peccatum, utpote vel ex malo habitu præcedente veniens absque deliberatione, vel circa venialiter malam materialiam versata: ut contingit negotiatoribus lucrosis quaris absque cuiusdam damno.

Pecca-